Attollite portas, principes, ve-
stras, & elevamini portæ æter-
nales, & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Do-
minus fortis, & potens, Dominus
potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antip. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo, quia hæc est generatio querentium Dominum.

Interea ad sepulchrum perveniens. illud aspergat aqua benedicta, atque thurificet, dicente: Sanctificetur sepulchrum istud, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. R. Amen.

Cum deinde parvuli funus in sepulchrum ponitur, dicit: Sume terra, quod tuum est, sumat Deus quod suum est, corpus de terra formatum est, spiritus de sursum inspiratus est. *Et statim illud aspergit aqua benedicta, & thurificat.*

Deinde pala ter superiniiciat terram, dicendo: Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

Postea dicet: Kyrie eleison. Christe eleison. Pater noster. ✠. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

✠. Sinite parvulos venire ad me.

R. Talium est enim regnum cælorum.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cælorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, & intercessionem

sione beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, & Electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis & regnas cum Deo Patre &c.

(*In Salisb. Rit. pro reliquis defunctis in Cœmeterio, additur sequens oratio.*)

Deus, in cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulabus tuis omnibus, hic, & ubique, in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem Dominum nostrum, &c.

✠. Requiescant in Pace. R. Am.

Revertentes a sepultura in Ecclesiam dicant. Ant. Benedicite, cum Cantico: Benedicite omnia opera Domini Domino &c. in fine repetitur Ant. Benedicite Dominum

minum omnes electi ejus, agite dies letitiæ & confitemini illi.

Deinde ante Altare dicit Sacerdos: V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: conede propitius; ut a quibus tibi ministrantibus in Cœlo semper assistitur, ab his in terra vita vestra muniatur. Per Christum. R. Amen.

RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM
ex Rit. Rom.

Parochus celebraturus matrimonium, in Ecclesia superpellicio, & alba stola indutus, coram tribus aut duobus saltem testibus, virum & feminam, quos parentum vel propinquorum
præ-

*præsentia cohonestare decet de
consensu in matrimonium in-
terrogat utrumque singillatim
in huic modum Vulgari ser-
mone :*

*N. vis accepere N. hic præsen-
tem in tuam legitime uxorem jux-
ta ritum Sanctæ matris Ecclesiæ.*

*N. willst du diese hier gegenwär-
tige N. zu deiner rechtmässigen Ehe-
gemahlin nach den Gebrauch der
Mutter der heiligen Kirche nehmen?
Respondet sponsus: Ich will.*

*Al ozhesih ti leto N. kira je
tukai v'prizhi, sa tvojo pravo sa-
konsko sheno po shegi svete Zir-
kve nashe matere vseti?*

Odg. Jes ozhem.

*Mox Sacerdos sponsam inter-
rogat:*

*N. vis accipere N. hic præsen-
tem in tuam legitimum maritum
juxta*

uxta ritum sanctæ Matris Eccle-
siæ.

Willst du diesen hier gegenwär-
tigen N. zu deinen rechtmässigen Ehe-
gemahl nach den Gebrauch der heil.
Kirche nehmen?

Respond. Ich will.

Al ozhes h ti letega N. kiri je
tukai v'prizhi, sa tvoiga prave-
ga sakonskega mosha po shegi
svete Zirkve nashe matere vseti?

Odg. Jes ozhem.

*Nec sufficit consensus unius,
sed debet esse amborum expressus
aliquo signo sensibili. Quo in-
tellecto jubeat sacerdos jungere
dexteram dicens: Ego conjungo
vos in Matrimonium, in Nomi-
ne Patris † &c. Amen.*

*Vel aliis utatur verbis juxta
receptum uniuscujusque Provin-
ciæ ritum; postea eos aspergat
aqua*

*aqua Benedicta: mox benedicat
annulum.*

Benedictio Annuli.

✠. Adjutorium nostrum in Nomi-
ne Domini.

R. Qui fecit Cœlum & terram.

✠. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedic † Domine annulum huic
quam nos in tuo Nomine be-
nedicimus, † ut quæ eum gesta-
verit, fidelitatem integram suo
sponso tenens, in pace & volun-
tate tua permaneat, atque in cha-
ritate mutua semper vivat. Per
Christum. R. Amen.

*Deinde sacerdos aspergat an-
nulum aqua Benedicta in modum
crucis,*

crucis, & sponſus acceptum an-
 nullum de manu ſacerdotis im-
 ponit in digito annulari ſiniſtræ
 manus ſponſæ, Sacerdote dicen-
 te: In Nomine Patris † & Filii,
 & Spiritus ſancti. Amen. Mox
 ſubjungat:

✠. Confirma hoc Deus, quod o-
 peratus es in nobis.

R. A templo ſancto tuo, quod eſt
 in Jeruſalem.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
 Kyrie eleiſon.

Pater noſter. Secreto.

✠. Et ne nos inducas in tentatio-
 nem.

R. Sed libera nos a malo.

✠. Salvos fac ſervos tuos.

R. Deus meus, ſperantes in te.

✠. Mitte eis Domine auxilium de
 ſancto.

R. Et de Sion tuere eos.

✠. Domine exaudi.

R. Et clamor.

✠. Do-

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Respice, quæsumus Domine, super hos famulos tuos, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut qui te authore junguntur, te auxiliante, ferventur. Per Christum. Amen.

Quibus peractis, si benedicendæ sunt nuptiæ, Parochus Missam pro sponso & sponsa, ut in Missali Rom. celebret, servatis omnibus, quæ ibi præscribuntur.

Ceterum, si quæ Provincie aliis ultra prædictas, laudabilibus consuetudinibus & ceremoniis in celebrando Matrimonii Sacramento utuntur, eas sancta Tridentina Synodus optat retineri, Igitur.

RITUS CELEBRANDI MATRI-
MONII SACRAMENTUM
ex Rit. Salisb.

*Exposita vi & efficacia Sacra-
menti, & vinculi obligatione
præviã per exhortationem in eo-
dem rituali contentam, in qua
simul interrogationis superius po-
sitæ fiunt, dum dexteras jun-
gunt, & annulos figunt, Sacer-
dos dicit:*

Annulo suo subbarravit me Do-
minus, & tanquam sponsum de-
coravit corona.

*Deinde patrio idiomate addit
expositionem, ut in cod. rit.*

*Tunc amborum manus stola
circumvolvatur, dicens.*

Matrimonium in faciem Eccle-
siæ inter vos contractum, Deus
confirmet: & ego illud approbo,
perficio, atque solennizo, in No-
mine Patris & Filii, & Spiritus
sancti Amen.

Die

Die eheliche Pflicht, die ihr da vor Gott und seiner Gemeinde einander gelobet, und versprochen habt, bestätige ich aus Befehl der heiligen christlichen Kirchen, im Namen des Vaters und des Sohns, † und des heiligen Geistes Amen. Gott gebe euch seinen Segen.

To sakonfko doushnust. katiro sta vi dva tukai pred Bogam inu pred njegovoi gmaini eden drugemu oblubila, jes poterdim is vkase svete kristianske Zirkve, v'jimeni Boga Ozhera † inu Sina † inu svetega Duha † Amen.
Bug vama dai svoi shegen.

His expletis facit od circumstantes exhortationem ut in rit.

Nuptiarum Benedictio.

Si Benedicendæ nuptiæ sint, Parochus Missam pro sponso & sponsa, ut in Missali Rom. celebret,

lebret, servatis omnibus quæ ibi præscribuntur.

Si autem extra missam, eo quod prædictus ritus prout in Missali pro loci & temporis opportunitati servari nequeat, poterit se parochus conformare consuetudini in Metropoli nostra receptæ, prout ibi habetur.

BENEDICTIO MULIERIS POST PARTUM.

Siqua mulier post partum juxta piam & laudabilem consuetudinem ad Ecclesiam venire voluerit, pro incolunitate sua deo gratias actura, petieritque a Sacerdote Benedictionem, ipse superpelliceo & stola alba indutus cum ministro aspergillum deferente, ad fores Ecclesiæ accedat, ubi illam genuflectentem, & candelam accensam in manu tenentem, aqua Benedicta aspergat, deinde dicat.

✠.

✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

Antiph. Hæc accipiet benedictionem a Domino.

Psalms 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: orbis terram, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum, & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Antip. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Deinde mulieri stolam porrigens, dicit:

Ingredere in templum Dei, adora Filium beatæ Mariæ Virginis, qui tibi fæcunditatem tribuit prolis.

In templo stectens.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. Secreto.

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

✠. Salvam fac ancillam tuam Domine.

✠ Deus meus sperantem in te.

✠. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

✠. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

✠. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

✠. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per beatæ Mariæ Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: Respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione lætam accedentem: & præsta, ut post hanc vitam ejusdem beatæ Mariæ meritis, & intercessione, ad æternæ beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergens aqua lustrali. Pax, & benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, † & Spiritus Sancti, descendat super te, & maneat semper, Amen.

ORDO AD EACIENDAM A-
QUAM BENEDICTAM.

*Diebus Dominicis, & quan-
docunque opus fuerit, præpara-
to Sale, & Aqua munda bene-
dicenda in Ecclesia, vcl in Sa-
cristia, Sacerdos cum Superpel-
liceo, & Stola violacea indutus,
primo dicit.*

*℣. Adjutorium nostrum in nomi-
ne Domini.*

℞. Qui fecit cælum & terram.

*Deinde absolute incipit exor-
cismum Salis.*

Exorcizio te creatura Salis per
Deum † vivum, per Deum † ve-
rum, per Deum † sanctum, per De-
um, qui te per Elisæum Prophetam
in aquam mitti iussit, ut sanaretur
sterilitas aquæ: ut efficiaris
Sal exorcizatum in salutem cre-
dentium: & sis omnibus fumen-
tibus te sanitas animæ & corpo-
ris: & effugiat atque discedat a
loco, in quo aspersum fueris, om-

nis phantasia, & nequitia vel ver-
fugia diabolicæ fraudis omnisque
spiritus immundus adjuratus, per
eum, qui venturus est judicare
vivos & mortuos, & seculum per
ignem. R. Amen.

Oremus.

Imensam clementiam tuam, om-
nipotens æternæ Deus, humi-
liter imploramus, ut hanc crea-
turam Salis, quam in usum ge-
neris humani tribuisti, benedicere †, & sanctificare †, tua pie-
tate digneris, ut sit omnibus su-
mentibus salus mentis & corpo-
ris, & quidquid ex eo tactum,
vel respersum fuerit, careat om-
ni immunditia, omnique impug-
natione spiritalis nequitia. Per
Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

*Exorcismus aquæ: & dicatur
sine Oremus.*

Ex-

Exorcizo te creatura Aquæ, in nomine Dei Pa- tris omnipotentis, & in nomine Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus Sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici; & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis suis apostaticis: per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem.

R. Amen.

Oremus.

Deus, qui ad salutem Humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutum tuæ benedictionis infunde, ut creatura tua

mysteriis tuis serviens, ad abi-
 gendos dæmones, morbosque
 pellendos divinæ gratiæ fumat
 effectum, ut quidquid in domi-
 bus, vel in locis fidelium hæc
 unda resperferit, careat omni im-
 munditia, liberetur a noxa: non
 illic resideat spiritus pestilens,
 non aura corrumpens; discedant
 omnes insidiæ latentis inimici;
 & si quid est, quod aut incolumi-
 titati habitantium invidet, aut
 quieti, aspersione hujus aquæ ef-
 fugiat, ut salubritas per invoca-
 tionem sancti tui nominis expe-
 dita, ab omnibus sit impugnatio-
 nibus defensa. Per Dominum
 nostrum Jesum Christum Filium
 tuum, &c.

*Hic mittat Sal in aquam in
 modum Crucis, dicendo semel:*
 Commixtio Salis & Aquæ pari-
 ter fiat: In nomine Pa†ris &
 Fi†lii, & Spiritus†Sancti.

R. Amen.

✠. Do-

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus invictæ virtutis auctor,
& insuperabilis imperii Rex,
ac semper magnificus Triumphator:
qui adversæ dominationis vires reprimis:
qui inimici rugientis sævitiam superas:
qui hostiles nequitas potenter expugnas:
te Domine, trementes & supplices deprecamur,
ac petimus, ut hanc creaturam Salis, & Aquæ
dignanter aspicias, benignus illustres,
pietatis tuæ rore sanctifices, ut ubicunque fuerit
aspera, per invocationem sancti tui nominis,
omnis infestatio immundi spiritus abigatur:
terrorque venenosi serpentis procul pellatur:
& præsentia Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam
poscentibus ubique adesse dignetur.

Per Dominum nostrum, &c. In
unitate ejusdem Spiritus Sancti,
&c.

BENEDICTIO ANIMALIUM.

*Quando morbus grassatur in
pecora.*

✠. Adjutorium nostrum in Nomi-
ne Domini.

R. Qui fecit Cœlum & terram.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus omnipotens &c.
ut infr.

*Vel flexit genibus dicuntur Ly-
tanice OO. SS. usque ad fol. 59.*

Wir armen Sünder, wir bitten dich
u. s. w.

Daß du unser schonest,

Daß du uns verzeihest,

Mi grieschniki, mi tebe profimo,
vshlishi nafs.

Da nam sanesesh,

Da nam odpustish,

Sacerdos surgens dicat, ad pecora conversus:

Daß du dieses Vieh seg + nen wollest, wir bitten u. s. w.

Daß du dieses Vieh seg + nen und bewah + ren wollest, 2c.

Daß du dieses Vieh seg + nen, bewah + ren und von aller Krankheit + befreyen, 2c.

Da ti leto shivino she + gnati ozhes h, mi tebe profimo, &c.

Da ti leto shivino she + gnati inu ob + variti ozhes h, &c.

Da ti leto shivino she + gnati, ob + variti, inu od vse boliesni + rieshiti ozhes h, &c.

Dein genus flexus prosequatur:

Daß du es von aller Seuche beschützen wollest, 2c.

Daß du alles Schädliche von ihm hinweg nehmen wollest, 2c.

Daß du uns zu wahrer Buß bringen wollest, 2c. *usque ad Agnus Dei inclusive.*

Dein subjungit:

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

✠. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus omnipotens, Pater D. N. Jesu Christi, cujus verbo cœli firmati sunt, cui omnis creatura deservit, cujus potestati omnia subjecta sunt, cujus audito nomine serpentes conquiescunt, dracones fugiunt, viperæ silent, scorpiones extinguuntur, reguli vincuntur, venenata non nocent, cunctaque ferocia animalia terrentur. Tu ab his pecoribus omnes diaboli fraudes repelle, ferarum incurfus amove, venena
re-

rescinde, eaque ab omnibus infirmitatibus, adversitatibus, & periculis libera. Dignare Domine per nomen sanctum dilectissimi filii tui, & per intercessionem B. Mariæ Virginis Matris ejus, per que merita omnium Sanctorum tuorum hæc pecora conservare, Bene † dicere, & ab omni morbo liberare. Salvifica pabulum, arce dæmonium, tribue fecunditatem, & tua efficacissima Benedictione reple omnia, quæ usui horum pecorum adaptantur, & aptanda sunt. Per eundem &c.

Oremus.

Misericordiam tuam Dne supplices exoramus, ut hæc animalia, quæ periculosa contagione infecta sunt, in nomine tuo, & in virtute Bene † dictionis tuæ sanentur; extinguatur in eis omnis diabolica potestas, nec ulterius ad damnum famulorum tuorum



rum ægrotent, tu eis Domine
 sis defensor aculeus vitæ, & reme-
 dium sanitatis, ut tibi a famulis
 tuis digna reddatur gratiarum ac-
 tio. Per Christum &c.

HIC BENEDICTUR SAL.

Oremus.

Deus invisibilis, & inæstimabi-
 lis, pietatem tuam per san-
 ctum, & tremendum nomen filii
 tui suppliciter deprecamur, ut in
 hanc creaturam falis Bene † di-
 ctionem, & potentiam invisibilis
 operationis tuæ infundas. Ut a-
 nimalia, quæ ex eo receperint,
 vel gustaverint, bene † dictio, &
 protectio tua ab omni ægritudi-
 nis, & læsionis incurfu custodiat.
 Per eundem &c.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipo-
 tens æterne Deus, defende
 quæ-

quæsumus ista animalia per hanc
ceraturam salis, quam in nomine
tuo bene † dico, & hisce pecori-
bus tradi facio. Defende ea quæ-
sumus, piissime Deus, a rapaci-
bus bestiis, & latronibus, a sca-
bie, morbo, peste, & contagio-
ne, a malitia, & invidia pravo-
rum hominum, a veneficis, sa-
gis, & strigibus, a dæmonibus,
incantationibus, & immundis spi-
ritibus, & demum ab omnibus
malis, quæ illis naturaliter, &
præternaturaliter accidere pos-
sunt, & quæcunque morbis ve-
xantur, per virtutem hujus be-
ne † dicti salis, & per invocatio-
nem sancti tui nominis sanare
digneris per Christum &c.

Aspergatur aqua benedicta &c.





BENEDICTIO CONTRA VERMES, ET INSECTA.

Cum ex sacris literis clare doceamur, Deum non semel pusillis animantibus usum esse, & uti ad hominum crimina, provasque cupiditates ulciscenda, ut ab hac pernicie vindicemur, preces ad Deum convertendæ sunt, & patrocinium B. V. & sanctorum implorandum, quo nos, resque nostras ab animalium strage tueantur, secundum dei promissa. l. i. Parol. Exodi. c. 8. cum vero in rit. Rom. nulla ratio pro ipsis præscribitur, Benedictus, Papa XIII. non semel usus est sequenti forma, ut agrum Romanum ab insectorum pernicie liberaret; inde eam etiam Benedictus XIV. adhuc Archiepiscopus Bononiensis, omnibus suis parochis promulgavit. Infit. XLVII.

Ant.

Ant. Exurge, Domine, adjuva nos, & libera nos propter Nomen tuum.

Pf. Deus auribus nostris audivimus; Patres nostri annuntiaverunt nobis. Gloria Patri.

Repetitur Ant. Exurge.

Oremus.

Preces nostras, Domine, clementer exaudi, ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, & haec murium (vel locustarum, vel bruchorum, vel vermium &c.) persecutionem patimur, pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur, ut tua potentia procul expulsi (expulsæ) nulli noceant, & campos (hortos) agrosque nostros in tranquillitate, ac quiete dimittant, quatenus ex eis surgentia & orta tuæ Majestati deserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum. Amen.

Ore-

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miserator, & in cuius nomine omnia genuflectuntur, cœlestia terrestria, & infernalìa, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede; ut quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam, efficacem consequamur effectum: quatenus hos pestiferos mures, (locustas &c.) per nos servos tuos maledicendo maledicas, segregando segreges, exterminando extermines, ut per tuam clementiam ab hac peste liberati, gratiorum actiones Majestati tuæ libere referamus. Per Christum. Amen.

Oremus.

Exorcizo vos pestiferos mures
(vel locustas, vel vermes &c.)
per

per Deum Patrem Omnipotentem † & Jesum Christum, filium ejus † & spiritum sanctum, ab utroque procedentem † ut confestim recedatis a campis (hortis) & agris nostris, nec amplius in eos habitetis, sed ea loca transeatis, in quibus nemini nocere possitis: pro parte omnipotentis Dei, & totius curiæ Cœlestis & Ecclesiæ sanctæ dei vos maledicens, ut quocumque ieritis, sitis maledicti (maledictæ) deficientes de die in diem in vos ipsos (ipfas) & decrescetes, quatenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniantur, nisi necessariæ ad salutem, & usum humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem.

R. Amen.

Postea Aqua benedicta aspergantur loca infecta.

BENE-



BENEDICTIO PRO THURIFICATIONE DOMORUM.

(*In Vigilia, Nativitatis.*)

Antiph. Hodie scietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis glariam ejus. *Psal.* 50 Misere mei Deus &c. *Et Canticum* Magnificat &c. Hodie scietis &c. *ŷ.* Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere; da quæsumus, ut, cujus lucis misteria in terris cognovimus, ejus quoque gaudiis in cælo perfruamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum &c. *R.* Amen.

ŷ. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. *R.* Amen.

(*In Vigilia Circumcisionis.*)

Ant.

Ant. Ecce Maria genuit nobis
 Salvatorem, quem Joannes vi-
 dens, exclamavit dicens: Ec-
 ce Agnus Dei, ecce, qui tollit
 peccata mundi, Alleluja. *Psal.*
 50. Miserere &c. & *Canticum*
 Magnific. &c. *Ant.* Ecce Maria &c.
 ✠. Dominus vobiscum.
 R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui salutis æternæ bea-
 tæ Mariæ virginitate sæcun-
 da humano generi præmia præ-
 stitisti; tribue quæsumus; ut ip-
 sam pro nobis intercedere sentia-
 mus, per quam meruimus aucto-
 rem vitæ suscipere, Dominum
 nostrum Jesum C. &c. R. Amen.

✠. Divinum auxilium maneat
 semper vobiscum. R. Amen.

(In Vigilia Epiphaniæ.)

Ant. Apertis thesauris suis, ob-
 tulerunt Magi Domino aurum,
 thus

thus, & myrrham, Allejuja.
Psal. 50. Miserere &c. & *Canti-*
cum Magnificat &c. Apertis the-
 fauris &c.

✠. Dominus vobiscum.

✠. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui hodierna die Unige-
 nitum tuum gentibus stella
 duce revelasti; concede propi-
 tius: ut, qui jam te ex fide cog-
 novimus, usque ad centemplan-
 dam speciem tuæ celsitudinis per-
 ducamur. Per eundem Christum
 Dominum &c. ✠. Amen.

✠. Divinum auxilium maneat
 semper nobiscum. ✠. Amen.

BENEDICTIO ALIA DOMUS.

✠. Adjutorium nostrum in nomi-
 ne Domini.

✠. Qui fecit cœlum & terram.

✠. Do-

✠. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Benedic Deus omnipotens lo-
cum istum, ut sit in eo sani-
tas, castitas, victoria, virtus,
humilitas; bonitas, & mansuetudo,
plenitudo legis, & gratiarum ac-
tio Deo Patri, & Filio, & Spi-
ritui Sancto: & hæc benedictio
maneant super hunc locum. & su-
per habitantes in eo, nunc, &
in secula seculorum. R. Amen.

BENEDICTIO TALAMI.

✠. Adjutorium nostrum in nomi-
ne Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedic † Domino, thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudinem dierum, & ad regna cœlorum perveniant. Per Christam. Amen.

Postea aspergat thalamum Aqua Benedicta.

BENEDICTIO COMMUNIS SUPER FRUGES ET VINEAS.

℣. Adjutorium nostrum.

℞. Qui fecit.

℣. Domine exaudi.

℞. Et clamor.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oramus pietatem tuam, omnipotens Deus; ut has primitias

tias Creaturæ tuæ, quas aeris, & pluviae temperamento nutrire degnatus es, Benedictionis tuæ imbre perfundas, & fructus terræ tuæ usque ad naturitatem perducas. Tribue quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terræ esurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum, R. Amen.

CASUS OBVII.

De administratione Sacramentorum ex (B. 14.) Bullario Benedicti XIV. ex (Syn.) ejusdem opere de Synodo Diæces. ante Pontificarum scripto: ex (R. & S.) Rituali Salisburg. majori; & ex (R. R.) Rituali Romano excerpti,

DE BAPTISMO.

I.

Curandum est, ne extra casum necessitatis communis aqua, etsi pro lustrationibus benedicta, in Baptismi administratione adhibeatur. B. 14. constit. 89. T. 1.

II. Forma conditionata non passim aut leviter uti licet; sed, ubi re diligenter prevestigata probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum R. S.

Qua in re, ait Catechism. Rom. a pastoribus diligenter aliqua providenda sunt, in quibus fere quotidie, non sine maxima Sacramenti injuria peccatur. Neque enim desunt, qui nullum scelus admitti posse arbitrantur, si quemvis sine delectu cum adjunctione illa baptizent, non quærentes, an prius jam abluti sint; quin, etiam, quamvis exploratum habeant,

beant, domi Sacramentum administratum esse, tamen sacram ablu-
tionem in Ecclesia solenniter
cum adjunctione repetere non
dubitant: quod quidem sine Sa-
crilegio facere non possunt &c.

III. Ex C. 110. & 112. de Con-
secrat Dist. 4. *Creditur ergo te-
stimonio unius in Baptismo.* Hoc
tamen intelligendum est, dum-
modo testi aut mari, aut femi-
næ fides adhiberi prudenter pos-
sit; aut idem si testetur, qui bap-
tizavit. B. 14. constit. 28. T. 2.

IV. Ad quæstionem, quid a-
gendum, si exponantur infantes
chartam baptismatis testem ha-
bentes? S. Congreg. Conc. 18.
Iobris 1723. respondit: Si non
lateret, qui chartulam scripserat,
eidemque fides tuto præstari pos-
set, tunc infantem ut baptizatum
habendum esse, ac ne baptismo-

quidem initiandum sub conditione. B. 14. constit. 28. T. 2.

V. Necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet, nisi forte sint Regnum filii R. S.

DE CONFIRMATIONE.

De admittendis ad Confirmationem.

I.

Nemo sacrum Eucharistiæ Sacramentum ministret, & schedulam Confirmationis (*suscipiendæ*) iis tradat, qui graviora Fidei, & Doctrinæ capita, & Sacramenti virtutem, & vim ignorant. B. 14. constit. 42. T. 1.

II. Conferenda est in ea solum ætate Confirmatio, in qua fideles evacuatis, quæ erant parvuli, intelligunt tantum inter se differere

fere Baptismum, & Confirmationem, quantum in naturali vita distat generatio ab incremento. B. 14. constit. 129. T. 1.

DE EUCHARISTIA.

I.

Cavendum, ne Viaticum ad indignos cum aliorum scandalo deferatur, quales sunt publici usurarii, concubinarij, notorie criminosi, nominatim excommunicati; aut denunciati, nisi prius confessi, offensionij satisfecerint. R. S.

II. Sacerdos Sacramentum ad infirmos deferens Decreta Conc. Albani ad amussim observet, quibus præcipitur; „ ut indutus su-
 „ perpelliceo, stollaque utrique
 „ humero circumsepta, & præ-
 „ cedente uno saltem lumine,
 „ Hymnos, & Psalmos submissa

„ voce recitans, in sacra pixide,
 „ vel in calice mundo, vel ami-
 „ ne cooperto, ambabus manibus
 „ illud ante pectus tenens, devo-
 „ te deferat. B. 14. constit 89.
 T. 1.

III. Recte Parochi compellun-
 tur ad ministrandum S. Viaticum
 pueris mox decessuris, si eos
 competerint tantum affectus ju-
 dicii maturitatem, ut cibum istum
 cœlestem, & supernum a com-
 muni, & materiali discernant.
 Syn. L. 7.

IV. Ne renuant Eucharistiam
 iterato deferre ad ægrotos, qui,
 etiamsi perseverante eodem mor-
 bi periculo, idem sæpius, per
 modum Viatici, cum naturale je-
 junium servare nequeant, perci-
 pere cupiunt. Syn. L. 7.

DE POENITENTIA.

I.

Confessarius fixum, immotum-
que habeat invalidam esse ab-
solutionem Sacramentalem, quam
quis ignoranti res necessarias ne-
cessitate mediæ impertitur. B.
14 constit. 42. T. 1.

II. Licet moraliter certum sit,
attritionem conceptam ex metu
gehennæ, vel turpitudine pecca-
ti, sufficienter disponere ad ju-
stificationem in Sacramento Pœ-
nitentiæ; laudem tamen meren-
tur Confessarii, qui suos pœni-
tentes ad perfectam contritionem
excitant. Syn. L. 7.

DE EXTREMA UNCTIONE.

I.

„ Ex verbis R. R. *non minstre-*
 „ *tur* hoc Sacramentum pue-
 „ ris usum *rationis non habenti-*

„ *bus* recte infertur, illud esse
 „ conferendum pueris periculose
 „ ægrotantibus, qui peccati mor-
 „ talis capaces sunt, tametsi nun-
 „ quam communicaverint.

II. Datur infirmis etiam solum-
 modo præ senio proxime mori-
 turis; item delirantibus, si prius
 aut petierint, aut interpretative
 per signa contritionis, vel vitam
 Christianam desideraverint. R. S.

III. Dum oculos, aures, & a-
 lia corporis membra, quæ pa-
 ria sunt, Sacerdos inungit, ca-
 veat, ne altero ipsorum inungen-
 do, Sacramenti formam prius ab-
 solvat, quam ambo hujusmodi
 paria membra perunxerit. R. R.
 & S.

IV. Si mox expiraturus puta-
 tur infirmus, inchoatur ab uncti-
 onibus dicendo; *per istam &c.*
 Sup-

Suppletis postea orationibus præviis R. S. Imo, si, inchoata unctiōe, & existente vera necessitate, prudenter timetur, ne ante finem expiret, inungitur unicus sensus pronuntiando universalem formam. *Quidquid per visum auditum &c.* Syn. L. 7.

V. Si sub unctiōe expiret, cessandum est, in dubio autem continuatur dicendo: *Si vivis, per istam &c.* R. R. & S.

DE MATRIMONIO.

I.

Matrimonio jugendi non sunt sponsi, si Parochus, ut debet, prius interrogando deprehenderit, marem, seu feminam, quæ ad salutem necessaria sunt, ignorare. Syn. L. 7.

II.

II. Secundæ nuptiæ non sunt
benedicendæ solemnī benedictio-
ne, contenta in Missa pro spon-
sa. Syn. Virginis tamen cum viduo
nuptiæ hic benedicuntur
R. S.

O. A. M. D. G.



APPENDIX.

Psalms L. Miserere.

Antiph. Asperges me Domine
hyssopo, & mundabor, lavabis
me & super nivem dealbabor.

Miserere mei Deus, secundum
magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem mi-
serationum tuarum, dele iniquita-
tem meam.

Amplius lava me ab iniquitate
mea: & a peccato meo munda
me.

Quoniam iniquitatem meam
ego cognosco: & peccatum
meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum co-
ram te feci, ut justificeris in ser-
monibus tuis, & vincas, cum ju-
dicaris.

Ecce enim in iniquitatibus con-
ceptus sum: & in peccatis conce-
pit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti:
incerta & occulta sapientiæ tuæ
manifestasti mihi.

Aperges me hyssopo, & mundabor:
lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium &
lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis
meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus:
& spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua: &
spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris
tui, & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, &
impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus,
Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique ; holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contritus ; cor contritum & humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion ; ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ , oblationes , & holocausta ; tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Dein repetitur Antiph. Asperges me &c.

Gebeth nach der Beichte.

Nun erfahre ich es , o mein Gott !
 daß du von grosser Geduld,
 Langmuth und Treue bist ; daß du
 I 2 nicht

nicht willst den Tod des Sünders, sondern das er sich zu dir belehre, und Buße wirke. Nun bin ich wieder in deine Gnade aufgenommen; o daß ich auch diese deine Gnade verdiente, so rein, so ruhig und heilig sey, als zuvor meine Seele mit Sünden beslecket, mein Gewissen beunruhiget, und mein Wandel strafbar gewesen ist. Durch deine Barmherzigkeit hast du mich zurückgeführt von der Sünde, und da du dich zu mir gewendet, hast du mich getröstet, weil du gutig, und ein barmherziger Gott bist. Groß, o Herr! ist deine Erbarmung, und aränzenlos deine Barmherzigkeit. Doch du thust noch mehr für mich, du willst selbst bey mir eintehren, mich stärken und heiligen. O daß ich diese deine Wohlthaten würdig empfangen, und zu meinem Troste, zu meiner Stärke und Heiligung anwende, Amen.

De Communione infirmorum.

Sacerdos abluit digitos, nihil dicens: infirmo detur ablutio deinde dicat.

○ Sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Pater noster.

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

✠. Salvum fac famulum tuum
(vel) famulam tuam.

R. Deus meus sperantem in te,

✠. Mitte ei auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eum; (vel)
eam.

R. Esto ei Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

✠. Domine exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens
æternæ Deus, te fideliter de-
precamur, ut accipienti fratri no-
stro, (*vel* sorori nostræ) sacro-
sanctum corpus Domini nostri Je-
su Christi filii tui, tam corpori,
quam animæ profit ad remedium
sempiternum: qui tecum vivit &
regnat in unitate Spiritus sancti
Deus, per omnia sæcula sæculo-
rum, Amen.

Oremus.

Protege Domine hunc famulum
tuum (*vel* famulam tuam)
subsidiis pacis, & B. Mariæ Virgi-
nis patrociniis confidentem a cun-
ctis

Etis hostibus redde securum (*vel* securam.)

Omnipotens sempiternae Deus, salus aeterna credentium exaudi nos pro famulo tuo (*vel* famulatu tua) misericordiae tuae implorantes auxilium, ut reddita sibi sanitate, in Ecclesia tua gratiarum tibi referat actiones. Per Dominum Jesum Christum &c.

Letzte Empfehlung der Seele eines Sterbenden.

Bey Anzündung des Lichtes.

Das Licht der Welt Jesus Christus erleuchte die Augen deiner Seele, daß du nicht im ewigen Tode entschlafest. Jesus Christus, der dich aus der Finsterniß zu seinem hellen Lichte des Glaubens berufen hat: lasse deine Seele nicht in die äusserste Finsternissen kommen, sondern führe sie aus dem Schatten des Todes zu dem ewigen Leben, Amen.

Bey Darreichung des Kreuzes.

D göttlicher Jesu! möchte unser sterbende Bruder, wie du, seine Leiden geduldig ertragen. Seine ganze Hoffnung gründet sich auf die Verdienste, auf den Tod, den du littest uns zu erlösen. Stärke ihm, o Gott! daß er selig sterbe, und daß auf seinen Tod die ewige Ruhe folge. Wie Jesus sterbend am Kreuze sprach: Vater! in deine Hände befehle ich meinen Geist; so empfehle auch wir die Seele unsers dahin schlummerenden Bruders in deine göttliche Hände.

Zur Auflösung.

Herr! wir empfehlen dir die Seele deines Dieners N.N. und bitten dich, daß du sie erfreuest in deinem Angesichte; gedenke nicht seiner Vergehungen, sondern erbarme dich seiner nach deiner grossen Barmherzigkeit und Güte.

Entschlummere, lieber Bruder im Namen des Vaters †, der dich erschaffen. Du Kind der Verheißung, du Bürger des Himmels, du Erbe des Reiches, das Jesus Christus gestiftet hat. Reise hin mit Freuden im Namen Gott des Vaters, der sein Kind wieder zu sich ruft. Bey diesem liebevollen Vaternamen, was kann dich irre machen? Seine Hand hat dich gebildet, sein Rechte hat dich durch dieses Leben geführt, er wird dich im Tode nicht verlassen.

Entschlummere im Namen Gott des Sohnes †, der für dich gelitten hat, und am Kreuze gestorben ist. Er will dich nicht verwerfen, sonst würde er dich nicht mit seinen eigenen Blute erkaufet haben. Du wirst in seine Herrlichkeit eingehen, weil du an seiner Müheseligkeit theil genommen hast. Du wirst die Wohnung beziehen, welche er dir in dem Reiche des Vaters vorbereitet hat.

Entschlummere im Namen des heiligen Geistes †, der in dich ausgegossen wurde. Reise hin zu deinem letzten Ziele, zu welchem du erschaffen, erlöset, und geheiligt bist.

Entschlummere lieber Bruder! gehe voran zu Gott, Gott segne dich †, er segne † dich. Wenn dein Auge sterbend bricht, so tröste dich der Anblick Gottes, er nehme dich zu sich, der Vater sein Kind, der Schöpfer sein Werk, der Erlöser seinen Erlöseten, und der heilige Geist seinen Geheiligten.

Die Macht Gott † des Vaters stärke dich, die Weisheit Gott † des Sohnes regiere dich, der Trost des heiligen † Geistes erquicke dich, die heiligen Engel führen dich ein in das ewige Leben, Amen.

Gebeth.

Barmherziger, liebevoller Gott! der du nach der Menge deiner Erbarmnissen, die Sünden der Büßenden

den

den austilgest, und die Straffen der begangenen Schulden durch die Verzeihung hinwegnimmst; siehe gnädig an diesen deinen Diener N.N. und erhöre ihn, der mit ganzer Reue Verzeihung seiner Sünden erflehet. Gültigster Vater! erneuere in ihm alles, was durch Gebrechlichkeit gestöret wurde.

Erbarne dich Herr! seiner Seufzer, und laß den, der sonst kein Vertrauen hat, als allein auf deine Barmherzigkeit; laß ihm zu dem Geheimnisse deiner Versöhnung gelangen. Durch Jesum Christum unsern Herrn, Amen.

Bey Wahrnehmung der letzten
Athemzüge.

O Jesu! Komm deinen Diener zu hilfe, den du mit deinem kostbarsten Blute erlöset hast.

O Jesu! durch deinen schmerzlichsten Todeskampf bitte ich dich, stärke unsern sterbenden Bruder in seinem

Todeskämpfe, und nehme ihn auf
in das ewige Leben.

O Jesu! du Sohn Gottes! in
deine heiligen Wunden empfehle ich
die Seele unsers sterbenden Bruders.

Gott! himmlischer Vater! in dei-
ne Hände empfehlen wir seinen Geist.

O Jesu! in dieser Stunde seines
Todes berufe ihn, und heiß ihn zu
dir kommen.

Komm, o Herr! und verweile
nicht, löse auf die Bande deines
Dieners.

Erbarme dich seiner, o Gott! denn
seine Sinne werden schwach, und sei-
ne Seele verläßt den Körper.

Laß ihn sterben, o Gott! den Tod
der Gerechten, und laß ihn theil neh-
men an den Freuden der Seligen.

Jesu! dir lebe er! Jesu dir sterbe
er! dein sey er ganz, o Jesu!

O Jesu! laß ihn nun in Frieden
fahren, denn seine Augen haben den
Heiland gesehen.

Jesu! nehme auf seinen Geist!
danke

Dank dir, o Vater! er hat es vollbracht. In deine Hände befehlen wir seinen Geist.

Nach dem Verscheiden.

Kommet zu hilfe ihr Heiligen Gottes!
 Kommet entgegen ihr Engel des Herrn!
 nehmet auf seine Seele, und bringet sie vor das Angesicht des Allerhöchsten.

Christus der dich berufen hat, nehme dich auf: und die Engel wollen dich führen in Abrahams Schooß.

Herr! gieb ihm die ewige Ruhe, und das ewige Licht leuchte ihm.

Herr! erbarme dich seiner.

Herr! erbarme dich seiner.

Vater unser, und so w.

Gebeth,

Wir empfehlen dir, o Herr! die Seele deines Dieners N.N., daß er, nachdem er uns abgestorben, und das irdische verlassen hat, nun dir lebe, und was er durch Gebrechlichkeit des menschlichen Wandels

dels hat Uebles gethan, das wollest
 durch Nachlassung deiner barmher-
 zigsten Güte austilgen. Durch Je-
 sum Christum unsern Herrn, Amen.

Herr! lasse ihn ruhen im Frieden,
 Amen.

Psalmus CXXIX. De Pro-
 fundis.

De profundis clamavi ad te Do-
 mine :

Domine exaudi vocem meam.
 Fiant aures tuæ intendentes, in
 vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Do-
 mine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est:
 & propter legem tuam sustinui te
 Domine.


Sustinuit anima mea in verbo
 ejus, speravit anima mea in Do-
 mino.


A custodia matutina usque ad
noctem, speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericor-
dia: & copiosa apud eum re-
demptio.

Et ipse redemit Israel; ex om-
nibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.





I N D E X.

	Pag.
Ordo Baptismi parvulorum	3 - 21
Ordo supplendi omiffa fu- per Baptizatum.	22 - 25
Forma abfolutionis in actu Sacramenti Pœnitentiæ.	26 - 27
Ordo ministrandi facram Communione.	28 - 31
De Communione infirmo- rum.	32 - 38
Ordo ministrandi Sacramen- ta extremæ Unctionis.	39 - 50
Modus juvandi	51 - 56
Ordo Commendationis ani- mæ.	57 - 94
Modus impertiendi Benedi- ctionem cum Indulg. in articulo mortis.	95 - 98
In Expiratione.	99 - 106
Appendix pro affiftentia morientium.	107 - 117
Ordo Exequiarum.	118 - 125
Ordo fepeliendi parvulos.	126 - 135
Ritus celebrandi Matrimonii Sacram.	136 - 143

I N D E X.

	Pag.
Benedictio Mulieris post partum.	144 - 148
Benedictio Aquæ.	149 - 153
Benedictio Animalium.	154 - 159
Benedictio contra vermes & insecta. —	160 - 163
Benedictio pro thurificatione Domorum.	164 - 165
Benedictio alia Domus.	166
Benedictio Talami.	167
Benedictio communis super Fruges & Vincas.	168
Casus obvii.	169 - 178
Psalmus L. Miserere.	179 - 180
Gebeth nach der Beichte.	181 - 182
De Communione infirmorum.	183 - 184
Letzte Empfehlung der Seele eines Sterbenden.	185 - 191
Psalmus de Profundis,	192



